

Panor. super Tertio Decreta.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus non portans clericam, peccat mortaliter, & quid importet clericam, & corona, & alia huiusmodi, vide remissive.
- 2 Mulier, quae sine causa incidit sibi capillos, est excommunicanda.
- 3 Moniales, & conuersi non debent habere clericam, sed caput tonsuram.

C A P. IIII.

Quis ex clericis. Non potest breuius sumari. Sed not. ex tex. clericum non debere deferre tonsuram capillorum, sed debet habere rasuram in superiori parte, & tonsuram in inferiori. Et quid significet illa rasura, quae alias clericam dicitur, & quid capillorum circulus, qui alias dicitur corona, & quid tonsura in inferiori parte vsq; ad aures, vide glo. in cle. 2. de vita, & honesta. cle. quae satis no. est quo ad hoc, & vide tex. 1. 2. q. 6. r. c. duo sunt genera. 1. Et no. q. non deferens tonsuram, peccat mortaliter. Nam dignus est anathemate, vt hic, & c. si quis. 2. 3. dist. Quid autem in monialibus, vide bonam gl. qua tenebis menti, in cle. attedentes, de statu reg. & fuerit opi. p. text. in c. quaeunque. 30. dist. q. dicit mulier esse excōicadā, si sine cā capillos sibi praecideret. 3. Debet. n. portare comam in signū subiectionis, sic alibi dicit tex. fed male seruat in Tuscia, & Lombardia. mulieres postq. nuperunt, deberent velare caput suū in signū subiectionis, de quo dic, vt hī 34. q. 5. hęc imago. & c. mulier. Gl. tamē in d. cle. attedentes, concludit, q. moniales debent habere tonsuram in parte inferiori, & ita seruat de consuetudine. nam praecidunt sibi crines vsq; ad aures, idem dicit glo. de conuersis in d. cle. 2. vnde conuersi, & moniales nō portant clericam in parte superiori, sed tñ tonsurā in inferiori. Rationē vide p. gl. alle. supra.

ADDITIO. In glo. si. in fi. No. gl. quādo canon loquitur p. verba praesentis temporis, non est canon latae sententiae, sed ferendae, de quo in c. si diligenti, de fo. comp.

ADDITIO.

- a Sibi praecideret. Adde Rom. sing. suis, vbi dicit hoc accidisse Florentiae in muliere reuera praedicatione, ut propter deuotionem sibi praecideret capillos. Ber.
- ZACHARIAS. Adde, quod voluit all. Rom. sing. 594 in c. est nunc Florentiae, ubi tenet, q. si talis m. hier ipso iure excommunicata, & alleg. tex. in c. quaeunque, per ipsum alleg. pro sing. ad hoc.

C A P. V.

Lericus. Breue est, & aliter non summatur. No. clericum nō debere nutrire barbam. Quod procedit etiam in his, qui sunt de ordine militantium, hic non sunt alia.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus non professus, neque in sacris constitutus, potest uxorem ducere, sed iterum tondetur, si vult gaudere priuilegio clericali. & nu. 4. 5.
- 2 Degradantur et clerici delinquentes, et in minoribus ordinibus constituti.
- 3 Matrimonium factum per professum, vel sacerdotem, dirimitur.

C A P. VI.

Lericus. Legitur duobus modis. Primò, q. principium & finis ponant vnum casum, medium verò ponat aliū, & fm hunc intellectum h. d. Si clericus non in sacris contrahit matrimonium, vxorē non dirimit, & si professus contrahit, separabit ab vxore, & iterum tondetur. Et legi secundo mō, vt vnum casum ponat, & iste modus est magis literae consentaneus, & h. d. in summa. † Clericus non in sacris, nec professus, potest uxorem ducere, sed iterum tondetur, si vult gaudere priuilegio clericali, vel dispensati uē tenere beneficium. Casus lit. Aliquis clericus, qui non est in sacro gradu, neque professus aliquā religionē, accepit vxorem, & dimisit tonsuram: quæsitum est in concilio Triburien. quid sit de isto clerico faciendū? statuit conciliū, q. vxorem teneat, & iterum tondetur, nec in vita sua eā dimittat. B. † No. 1. ibi, Si sit sine gradu, iuneto princ.

- 1 q. clericus in minoribus ordinibus potest dici sine gradu. Ex quo d. Ant. arguit, q. existens in minoribus non degradat p. delictum hoc; tñ arg. est falsum, vt clarissimē hī in c. si quis eps. 27. q. 1. vbi patet, q. quocunq; ordine constitutus ratione delicti degradandus est, ad idem in cap. cum non ab homine. de iud. Vide no. in c. 2. de cler. excom. min. & dic ad istum tex. q. est sine gradu. f. sacro, vt dicitur in glo. nec per hoc existimes, quin etiam ordines minores sint sacri, cum ordo sit signaculum sacrum, sed maiores ordines dicuntur sacri per excellentiam, de quo vide bonam glo. 32. dist. in summa. † No. 2. a contrario literae duo, que impediunt matrimonium contrahendū, & dirimunt post

- a contractum, vt est sacer ordo, & professio in religione approbata, & vide qd̄ latius legitur, & no. in c. vnico, de voto. lib. 6. † Vltimo no. ibi: [Iterum tondetur,] q. clericus coniugatus non perdit irrecuperabiliter priuilegio clericali ex dimissione tonsuræ, sed illud recuperat statim, qñ retondetur. Nam iste clericus, de quo in litera, non tondetur iterum ad alium finem, nisi vt gaudeat priuilegio clericali. Gaudet. n. solum in duobus, de quibus in c. vnico. de cler. non coniug. lib. 6. Et secundum istam lectū videtur hic tex. pro no. per Doc. in c. vnico. Quinimmo dicit plus hic tex. pro no. per mortua vxore, clericus reassumit tonsuram, ipso facto recuperat omnia priuilegia clericalia, dummodo fuerit pudica, & virgo. In gl. 2. ibi: [Ita q. monachus esset.] Vult dicere, q. sola parentum traditio non sufficeret ad inhabilitandum ipsum matrimonium contrahendum, sed requiritur voluntas propria ipsius ingressi, vt in c. cū scimus, alleg. in glo. Et an, & quando pater & mater, vel tutor, possint quem tradere religioni, dicitur plenē in ca. 1. & 2. infra de reg. In glo. si. ibi: [Debet portare coronam.] Sed contra hoc oppo. de c. Ioannes. de cler. coniug. & de c. vnico. eo. tit. lib. 6. vbi patet, q. est in optione ipsius coniugati, ergo non debebat hic disponi, vt iterum tonderetur. Sol. vt praedixi, iste tex. habet duos intellectus. Primus, q. principium, & finis intelligantur de clerico seculari in minoribus constituto, & iste non mandat tonderi: mediū verò loquitur in conuerso, seu monacho, & iste debet iterum tonderi, quia non potuit matrimonium contrahere, & secundum hunc intellectum cessat contrarium. Secundò potest intelligi, vt tota litera ponat vnum casum; & loquitur in eo, qui non est in sacris, nec professus. Et ad contrarium communiter respondetur, q. debet tonderi causatiuē, scilicet si vult gaudere priuilegio clericali, vel si dispensatiuē vult tenere beneficium sine cura, & de hoc plenē dicitur in c. Ioannes. praell. Et secundum hunc intellectum hic est casus rotundus de eo, quod praedixi, q. clericus coniugatus ex dimissione tonsuræ non perdit irrecuperabiliter priuilegium clericale, sed incōtinenti reassumendo tonsuram reassumit priuilegium. & hoc no. & c.

ADDITIOES.

- a Et professio. Scias, q. ex iusta causa monachus potest uxorem accipere, ex dispensatione tamen Papæ, ne stirps nobilis deficiat sine herede. Ita Bal. in l. si tibi filius. ad ff. de ad. dopt. alle. Ioan. An. in c. actus legitimi. de regul. iud. in materia Pet. de Anch. in cons. 334. incip. pro maiori diligentia. vtrum autem Papa possit cum monacho dispensare, vide per Mod. in l. si. c. de transact.
- ZACH. Adde quod no. in apo. ad istum in c. ne Dei ecclesiam, num. 1. in apo. in ver. contra regulam. & ibi Fel. infra de simo. & eundem Fel. in c. inquisitioni, in princ. de sent. excomm.
- b S. E. B. S. A. P. Solum in duobus. Vide Lap. all. 118. inc. an clericus. col. vlt. & Fel. in c. ecclesia S. Marci, col. 6. vers. 17. supra de constit.
- c Clericus coniugatus. Adde Alex. cons. 8. f. pra alle. in c. 1. Ber.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus nutriens comam potest a superiore inuitus tonderi.
- 2 Bonum non voluntarium, non est remunerabile.
- 3 Beneficium an, & quomodo conferatur in inuitum.

C A P. VII.

- 1 **L**ericus. Breue est, & potest sic summari. † Clericus debet tonsuram deferre, & si non vult, potest inuitus a suo superiore tonderi. h. d. No. 1. ex tex. arg. q. Archidiaconus habet iurisdictionem in istis minimis contra clericos. facit e. ad hoc. de offic. archid. Sed dic, vt ibi no. in §. quadam. No. 2. q. superior potest praecidere capillos clerico sibi subiecto, etiam reluctanti, sine metu excommunicationis, & potest litera intelligi dupliciter. Primò a suis archidiaconis, id est de mandato archidiaconorum. Non. n. tenetur ipse facere manibus propriis. Secundò, vt arbitrator, potest intelligi proprie, vt in ignominiam clerici superior incidat sibi crines, non ordinatè, sicut faceret barbitonsor, sed ita & taliter, q. ille non possit comam nutrire. Et ego intelligerem istum textum, quatenus loquatur de inuitis, vt procedat in clericis constitutis in sacris, vel in minoribus volentibus gaudere priuilegio clericali. Nam forte portant tonsurā paruam, & nutriunt comam more mulieris, quod dicitur in c. h. de cler. coniug. † In glo. si. [Quod iam suscepit.] Simile habes 24. q. 6. in summa. sed contra hoc facit, q. a bonū non voluntariū, nō est remunerabile, c. nō satis. 86. dist. Vnde alibi dicit gl. q. Deus est remunerator ad uerbio-